

Tractatus. iiij. prime partis

Tractatus secundus prime partis de baptismo. Ethabz
octo capitula.

Dicitur dicendum est de sacra
mentis in speciali. Et primo de baptismo. Circa
quod consideranda sunt octo: Primo quid est bap-
tismus. Secundo de materia eiusdem. Tercio de forma. Quar-
to de ministro baptismi. Quinto de suscipientibus baptismum. Se-
timo de ritu baptismi. Octavo de effectu baptismi. De-
cimo de annexis baptismi.

But quid est baptismus et unde dicitur. Cap. i.
Baptismus est ablutio corporis exterioris cum scripto. i.e.
scripta forma verborum facta ita ut illa ablutio materia
lis quae fit exterior in corpe est signum ablutionis spiritualis quam deus
facit interior in mente. Et dicit baptismus a baptizo as. quod idem est
quod abluto is. Unde baptismus grece idem est quod ablutio latine.

Materia baptismi est aqua simplex elementalis. Quod autem
ista aqua sit propria materia baptismi tota ratione est existen-
tia christi quem instituit baptismum fieri aqua clementali. Si enim isti
tuisset baptismum fieri in vino vel in aliquo alio liquore. vnu vel il-
le aliud liquor eet propria materia baptismi. Aliquam praeferentem as-
signata a doctoribus quod christus instituit baptismum magis fieri in aqua
quam in aliquo alio liquore. Quare una est. quod scriptum maxime necessita-
tis de hinc materia maxime coegeretur. ne propter defectum materie aliquis i-
pediret a susceptione illis sacris. sed baptismus est scriptum maxime
cessitatis. quod sine baptismmo nullus potest salvare. ideo ne vnu possit
se excusare a susceptione baptismi. propter defectum materie vel cari-
stia eius baptismus de hinc materia maxime coegeretur. taliter materia
est aqua. quae inuenitur in quibus terra et de facili potest haberi. Possunt se
aliquis excusare si materia baptismi esset vnu vel oleum vel lac vel
aliquo liquor preciosior quod non inueniretur in omni terra. nec possit ita
quibus de faciliter. Illa praeferentia sive ratione aqua est propria ma-
teria baptismi assignata a doctoribus talis. quod perpetras aqua maxime
est inueniens baptismum. Est enim aqua mundificativa sordium refri-
gerantia est in aqua. quia. i.e. lucida oculi intuentium. Sicut baptismus

De baptismo

trundat sordes aic: iō vocat baptism⁹. qz baptisim⁹ grece idē
est q̄ lotio latine. **U**n baptizare idē est q̄ lauare. **Bem̄ refrigerat estū carnal' occupatētē. illūnat oculos mēt̄ re
spectu diuine noticie. Arguit ḡ doctores sic. **I**llud est p̄p̄a
materia baptismi cui⁹ p̄p̄etas marie puenit baptism⁹. sed
aq̄ r̄c. ḡ aq̄ est. p̄p̄a materia baptismi. **U**tr̄ aut̄ aq̄ sit b̄ndicta
r̄l nō nihil facit ad baptismū. qz ita b̄n p̄ot fieri baptism⁹ in
aq̄ n̄ b̄ndicta sic in aq̄ b̄ndicta. **S**z aq̄ baptismal' in ecclia b̄n/
dicat p̄p̄ solēnitatē t̄ maiorē reuerētā ad baptismū. **A**etiaz
aq̄ sit calida v̄l frigida nihil ad baptismū. **S**z sp̄ vitadū est p̄ciu
v̄l baptizad. **T**z nūqd in aq̄ roseacea v̄l in aq̄ ardēte v̄l in
alio aquis distillat̄ poss̄ fieri baptism⁹ si aq̄ elemētal' inue
nri nō poss̄. **D**icēdū est q̄ n̄. qz tales aq̄ n̄sūt p̄prie aq̄ s̄ hu
mores illo corpum a q̄bo distillat̄. **I**n liquiū at̄ si aq̄ n̄ pos
sit inneniri poss̄ fieri baptism⁹. cū liquiū nihil aliō sit nisi aq̄
colata p̄ cineres. **E**t p̄p̄ eandē rōc̄ dicūt aliqui doctores q̄
in vrina p̄p̄ defectū aq̄ poss̄ baptizari. qd̄ tū nō credo eē ve
nū. qz vrina nō est aq̄ s̄ humor resolut⁹ a cib̄ p̄mest̄. **E**t idez
dico de saliū. i.c. **N**ō vt apponeres de bap̄. **S**z nonne in
brodīo carniū poss̄ fieri baptism⁹ vbi alia alia aq̄ nō poss̄ i
veniri. **D**icēdū est. qz aut̄ tāta resolutio carniū est facta i bro
dīo illo q̄ desinit ibi eē por sp̄es aq̄. t̄ ē alia sp̄es de nouo ge
nerata. t̄ tūc nō p̄t ibi fieri baptism⁹. aut̄ nō est ibi tāta resolu
tio facta carniū. t̄ tūc fieri p̄t. t̄ in tali brodīo baptizari. **N**āt̄
tal' resolutio sit facta aut̄ q̄n nō. p̄t pp̄di in sp̄issitudine. **S**i aut̄
sit tāta sp̄issitudo illi⁹ brodī q̄nta est in cutico v̄l aliquid
minor nō credo q̄ possit in illo brodīo baptizari. **S**i aut̄ non
sit sp̄issitudo s̄ brodū sit aliquid p̄igie. credo q̄ tūc in illo
brodīo poss̄ baptizari. **E**t idē dico de luto. **S**si aq̄ exp̄maſ ex
illo luto. in illa aq̄ exp̄ssa p̄t fieri baptism⁹. **S**i nix etiā liq̄fie
ret in illa aq̄ liq̄facta a nixe poss̄ baptizari. **S**olet at̄ ab ali
q̄bo tal'q̄stio fieri. si eſſ; vñ puer baptizad⁹ iuxta vñ puteū
profundū. t̄ ille qui deberet puerū baptizari nō haberet cū q̄
extraheret aquā de puteo. nec posset aliunde aquā habere t̄
puer esset in pyculo mortis. nūquā debet puerū projēcere ad
puteū dicēdō. **B**aptizo te in nomine patris t̄ filii t̄ sp̄issitō. **D**icēdō**

Tracta. ii. prime partis.

dum est q̄ nō. q̄ s̄m q̄ dicit b̄tūs paul⁹. Nō sūt faciēda ma-
la vt eueniāt bona. Lḡ ex h̄ istud bonū eueniret q̄ aia isti⁹
pueri saluaret. m̄ ille q̄ p̄iceret istū puer⁹ saceret isto malū q̄
peccaret mortalit̄ t̄ sic q̄tū in se es̄ dānaret aiaz suā. t̄ q̄libet
ex ordine caritatis tenet pl̄y diligere aiaz suā q̄ aiaz cuimscūq̄
alteri⁹. Et si dicas q̄ talis posset d̄teri t̄ cōfiteri de isto pec-
cato. t̄ sic nō dānaret aia sua. Dicendū q̄ isto est satiū dicere
q̄ null⁹ cert⁹ est de vita sua. vñ iste nō est cert⁹ an statū post
q̄ piecerit puer⁹ v̄l' etiā i ipo actu piectōis moriat. Unhē
tale spem ē p̄pē tēptare deū. q̄ certū est q̄ talis si pieciat pu-
erū peccat mortalit̄. icertū ē aut si deū s̄ det sibi spaciu⁹ p̄fitē
di. Quare sciendū est s̄m consilium b̄tū Aug. dicit. Tene cer-
tū t̄ dūmitte incertū. d̄c. p̄. d̄i. vii. c. ii. vt habitu⁹ est loco suo

De forma baptismi. La. iii.
Orta forma baptismi sciendū est q̄ alia forma v̄tū gre-
ci in baptizādo. t̄ alia forma v̄tū latini. Itaz greci v̄tū
tir tali forma. Baptizet seru⁹ xpi tal' in noīe patris t̄ filij t̄ spi-
ritus sc̄i amē. Latini atv̄tūnū tli forma. Baptizo te in noīe pa-
tris t̄ filij t̄ spiritus sc̄i amē. Et q̄uis ex v̄tra q̄ forma sc̄q̄ bap-
tism⁹. nā greci ita b̄n baptisati sūt si latini. q̄d pat̄. q̄ q̄ re-
deut ad v̄nūtē fidei ecclie romane nō baptizant. tamē forma
latinorū p̄uenientior est q̄ grecorū. q̄d p̄t̄ quo ad nūc ex duo-
bus. Primo. q̄ illa forma baptismi p̄uenientior est q̄ magis cō-
cordat cū v̄bis xpi instituent̄ baptis̄mū. s̄ xps instituēs bap-
tismū dicit apl̄is vt recitat b̄tūs **Mathe⁹** in euāgeliō suo vi.
ca. Ite docete oēs gētes baptizātes eos in noīe patris t̄ filij
t̄ spiritus sc̄i. Et cū isti v̄bis magis cōcordat v̄bū istud baptizo. q̄
h̄ v̄bū baptizet. q̄ h̄ v̄bū baptizo est actiūnū. t̄ istud v̄bū bap-
tizet est passiūnū. t̄ istud p̄ticipiū baptizātes descendit ab acti-
uo t̄ nō a passiūno. quare p̄uenientior est forma latinorū. q̄ di-
cit baptizo: q̄ forma grecorū que dicit baptizet. Secundo po-
test idē pat̄eres sic. Illa forma est cōuenientior forma baptismi
in qua t̄ q̄ quā magis exp̄imunt̄ ea que sunt necessaria in bap-
tismo. s̄ talis est forma latinorū p̄ p̄patōz ad formā grecorū. q̄
in baptismo est necessaria vt̄ dei cōferent̄ efficaciā baptis-
mi. t̄ istud tāgit i v̄tra q̄ forma cū dicit in noīe patris t̄ filij et

De baptismo

spiritus sancti. **E**t etiam ibi necessaria persona iuscipliens bap-
tismū; et ista exprimit in forma grecoꝝ. cū dicitur seruꝝ Christi talis. In
forma autem latinoꝝ. exprimit cū dicitur te. **E**tiam est ibi necessaria pso-
na ministri baptizantis. q̄ nō exprimit ad ministrum explicite in for-
ma grecoꝝ. In forma autem latinoꝝ exprimit explicite cū dicitur baptizo.
quare pruenientior est forma latinoꝝ q̄ grecioꝝ. **A**cri-
simile enim est q̄ forma qua ut in romana ecclesia. q̄ disponete
vno oīm ecclesiarū caput est et magistra. extra de bap. et eiꝝ ef-
fec. c. maiores. sit pruenientior q̄cunq; alia. **E**st ḡ debita forma
baptismi. Baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. Amē.
Naut nomine persona baptizanda vlt̄ ponat ibi ego et no-
me dicendo. Petre vel maria. ego baptizo te etc. nō sunt de cō-
fome. qm̄ sine ipsis posset fieri baptismū. tñ debet ponere for-
ma ppter maiorē expressionē. nō enim est necessariū q̄ exp̄sse po-
nāt. Ita autem forma potest pferri in latino vel in quoconq; alio
ideomate. **V**trū autem posset aliqd immutari circa istam for-
mā. **S**cīdū est q̄ ille qui immutaret aliqd circa istā formam
aut intendit mutare ritū ecclesie. et sic nō esset baptismū. aut in-
tendet illud facere qd̄ facit eccl̄ia. s̄ ex ignorantia vlt̄ inaduerte-
tia aliquid circa istā formā mutaret. **E**t tūc circa hoc scīdū ē
q̄ talis mutatio potest fieri quinq; modis. **U**nō mō totaliter
mutando vba ipsius forme. et tūc nō sit baptismū ex tali forma
sicut si dicereb̄ baptizo te in nomine genitorū et geniti et pcedētis
ab utroq;. **L**icet enim ex cōl̄ vsu loquendi genitor fecit patrem. et ge-
nitus fecit filium. et pcedēs ab utroq; significet sp̄m sanctū. **L**ī
p̄peloquendo in diuinis genitorū et genitus et pcedēs expressio
significat actū notionales q̄ ipsas personas. in forma autem ba-
ptismi debet fieri mētio expressa de personis. **A**lio modo potest fi-
eri mutatio circa formā baptismi trāponēdo verba ip̄iꝝ for-
me sicut si dicereb̄ sic. **B**aptizo te ego in nomine patris et filii et spi-
ritus sancti amē. vel quocunq; alio modo transponēdo. **E**t tūc
manet idē sensus vboꝝ ex tali mutatione nō impedireb̄ bap-
tismus. **A**lio modo potest fieri mutatio circa ip̄am formā ba-
ptismi addēdo aliquid ad ip̄am formā. **E**t tūc aut talis addi-
tio corrūpit sensu verboꝝ forme. sicut mutabat formā arrius
dicendo sic. **B**aptizo te in nomine patris maioris. et filii minoris

Tracta. ii. pri^{me} partis

et spiritu sancti. **T**alis additio corrumpt sensum verborum forme cum tollat equalitatem personarum. et sic non fit baptismus. **A**ut talis additio non corrumpt sensum verborum forme. immo non obstante tali additione adhuc manet inde sensus verborum. **E**t tunc si ille qui addit aliquid intendit mutare formam ecclesie nihil facit. cum non baptizet in fide ecclesie. **S**i autem non intendit mutare formam ecclesie sed ex quadam fatua deuotio addat aliquid. ut sic baptizo te in nomine patris et filii. et spiritus sancti. amen. et beate virginis ut beata virgo adiunget te. vel aliquid aliud tale. talis additione non impedit baptismum. **A**lio modo potest mutari forma baptismi diminuendo de ea aliquid. **E**t tunc si diminuatur dictio integrum quecumque sit illa de omnibus istis. **B**aptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. nihil facit. quia omnia ista verba sunt de esse forme. **S**i autem non diminuatur dictio integrum sed pars distinctionis. tunc aut diminutio talis fit in principio distinctionis. si cut de ista distinctione patris vel quacunque alia subtrahatur prima lira vel sillaba. talis diminutio impedit baptismum cum tollat sensus verborum. **S**i autem talis diminutio fiat de fine distinctionis. sic de ista distinctione patris remoueatur s. vel aliquid aliud tale. talis diminutio non impedit baptismum cum maneat idem sensus verborum. sic narratur in decretis. de co. dist. iiiij. c. Retulerunt. quod quidam sacerdos ignorans lingue latine baptizabat sub ista forma verborum. **B**aptizo te in nomine patria et filia et spiritus sancta. amen. **E**t dicit papa in decreto illo quod vere baptizabat. **A**lio modo potest fieri mutatio circa formam baptismi interrumpendo verba ipsius forme. et tunc si sit tanta interruptio quod ipsa impedit intentionem baptizantis. sic si de mane dicaret. **E**go baptizo te. et postea iret ad expediendum negotia sua. et quoniam rediret dicaret. in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. nihil faceret. **S**i autem non sit tanta interruptio quod impedit intentionem baptizantis. sicut si dicaret **B**aptizo te in nomine patris. **E**t hoc dicto dicat astantibus. tacete vel orate. vel aliquid tale. et postea perficeret. ex hoc non impeditur baptismus.

T De ministro baptismi.
Capitulum. iiiij.

De baptismo

Minister baptismi est duplex. unus extra casum necessitatis. et iste est solus sacerdos: quod ad solum sacerdotem extra casum necessitatis pertinet baptizare. Unius ratio assignatur a doctoribus talis. Ille est proprius et minister ordinarius sacramentorum qui habet potestatem super corpus christi verum. sed sacerdos solus est talis: ergo solus sacerdos est proprius et ordinarius minister sacramento. Quia ad illum pertinet ministratio seu dispensatio sacramentorum. qui habet potestatem super corpus christi verum. pbaet sic quia ad illum pertinet ordinatio corporis christi mystici quod est ecclesia. et gregatio fidelium qui habet potestatem super corpus christi mystici. et dispensatio sacramentorum pertinet ad ordinationem corporis christi mystici quod est dispensare sacramenta pertinet ad illum quibus potestate super corpus christi verum. sed talis est solus sacerdos quare ad solum sacerdotem pertinet dispensare et ministrare sacramenta. Alius est minister baptismi in casu necessitatis. et iste potest esse tam vir quam mulier. tam fidelis quam infidelis. Hoc enim interest inter baptismum et alia sacramenta quod minister baptismi potest esse alius quam sacerdos. non autem minister aliorum sacramentorum. Et ratio istius est. quia baptismus est sacramentum maxime necessitatis. non autem alia sacramenta. quod sine baptismi nullus potest esse saluans. nulla enim sine baptismi salus est. Sine autem alijs sacramentis salvantur multi. Arguit ergo doctores sic. Illud sacramentum quod est tamen necessitatis quod sine eius susceptione nullus saluari potest debet habere ministerium ita communem quod propter defectum ministeri nullus ab ipsius susceptione excusatetur. sed sacramentum baptismi est tamen necessitatis quod sine eius susceptione nullus saluari potest. dicente christo salvatore nostro. in Joh. ca. iii. Nullus quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Ideo sacramentum baptismi debet habere ministerium ita communem quod nemo propter defectum ministeri excusatetur a susceptione baptismi. Et idcirco in causa necessitatis tam vir quam mulier. tam fidelis quam infidelis. sic. inde per agnus hereticus baptizare per dominum baptismum in aqua et debite praeparare forma baptismi. et habeat iteriores facie di illud quod facit b ij

Tracta. ii. prime partis

ecclesia. **L**icet infidelis nō crederet illud valere. ita tamen q̄
semper deferendum est ceteris paribus digniori. **U**nde in
fidelis in presentia fidelis non debet baptizare. mulier etiam
in presētia viri nō debet baptisare. nō p̄motus etiā ad sacros
ordines in presētia. p̄moti. **L**aic⁹ etiā in p̄ntia clericis tonsura
ti nō debet baptizare. **E**t rō istoꝝ est. q̄ ille qui baptisat in p̄
sona xp̄i baptizat. et repreſetat ei⁹ p̄sonā q̄ p̄fēcti⁹ representat
p̄ fideli⁹ q̄ p̄ infidele. p̄ virū q̄ per mulierē. p̄ p̄motū q̄ p̄ nō
p̄motū. et p̄ tonsuratu⁹ q̄ per nō tonsuratu⁹. **S**ciedū ē tñ q̄ in illo
q̄ baptizat requiriſt intērio baptizādi. s. faciēdū illud qđ intē
dit ſeu facit ecclēſia aliter nō eſſ; baptiſm⁹ q̄uiſis alia neceſſaria
ad baptiſmū ſint ibi. **N**ō aut̄ requiriſt talis intēio q̄ batip̄as
intendat baptiſmum valere baptizato ad vitam eternam. immo
cum intentione contraria. s. cum intentione q̄ baptiſm⁹
nihil valet. **S**ufficit em̄ q̄ baptizans intendit facere illud qđ
facit ecclēſia quodcunq̄ ſit illud et valet baptiſmū. **E**t nun
quid ſi aliquis minus vel quicunq̄ aliis ludendoaspergit
aqua m̄ super aliquos non baptizatos dicendo. **B**aptizovos
in nomine patris et filii et spiritu sancti amen. tales exunt bap
tizati. **D**icēdū ē q̄ talis aut intendit baptizare intendendo
facere quod facit ecclēſia. licet de hoc faciat trufas et deriſiones
ſuas. **E**t tunc talis q̄uiſis grauiter peccet faciendo irrcueren
tiā sacramento. tñ vere confert baptiſmū. **S**i autem nō
intendat in mente ſua facere quod facit ecclēſia nihil facit.
Nunquid etiam in caſu neceſſitatis aliquis potest baptizare
ſcipsum. **D**icendū est q̄ ille caſu ponitur in quadam de
cretali incipiente. debitum extra de bap. et eius effec. vbi na
ratur de quodam iudeo qui propter iudeoz metus non erat
ausus vocare aliquem fidelem. ſed accipiens aquā dixit. Ba
ptizo me in nomine patris et filii et spiritu sancti amen. **E**t ad
huius euidentiam notandum est q̄ triplex est baptiſmū. ſeſ
fluminis. flaminis et ſanguinis. **F**luminis ſeſ q̄n aliquis ba
ptizatur in flumine ſue in aqua. et iſte eſt sacramentum ecclēſie.
Et de iſto loquimur hic. **C**o loquendo de tali baptiſmo mul
luis potest baptizare ſcipsum. **E**t ratio reddit a papa in illa de
cretali quia baptiſmū eſt quedam generatio spiritualis. **E**t

De baptismo

ideo sicut seipsum nullus potest generare corporaliter dicen
te beato Aug. in libro de trinitate. Nullus gignit seipsum
corporaliter ita nullus seipm potest generare spiritualiter bap
tizando vice seipm. Et est aliis baptismus. s. flamininis qn
spiritus sanctus mundat et abluit animam alicuius invisibiliter a pec
cato. Et tali baptismino potest aliquis baptizare seipm dispon
endo devotionem ad baptismum et essendo in proposito q
sliberet oportunitatem susciperet sacramentum baptismi: et
simoratur in tali proposito salvatur. nec est hoc contra ybz
quod est supra allegatum. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu sancto non potest intrare in regnum dei. qz intelligendu
et renatus ex aqua in parvulis in re. sed in adultis vel in re yl
in voto. Et licet iste non sit regeneratus ex aqua in re. est tamen
in voto. Et est tali baptismi. s. baptismi sanguinis. s. qn ali
qz non baptizatus suscipit mortem p fide christi. Et talis baptis
mus proficit ad salutem dum tamen habeatur baptismi aq
in voto. si ille qui sustinet mortem est adultus. Sicut habet
in legenda beate katherine de illis rethoribus qui ad eius p/
dicationem conuersi fuerunt. quos imperator fecit comburi.
Si autem uon sit adultus non requiritur tale votum. s. suf
ficit mors tolerata pro christo. sicut fuit de innocentib. Et
tali baptismino nullus potest se baptizare. quia nulli licitum est
interficere seipm pro quacunqz causa. Nec est contra hoc de
Samsonem et Rasis qui interfecerunt seipos. Qui aut dicit be
atus Hieronimus. Factum eorum non est trahendu ad con
sequenti. qz priuilegia paucorum non faciunt legem communem
funquid etiam in ministro baptismi requiritur bonitas vite
sqz sit sine peccato mortali. Dicendum qz ista questio intelli
genda est de sacerdote. qz vt dicendum est proprius minister bap
tismi est. Ad huius solutionem sciendu est qz quantum ad effe
ctum baptismi nihil facit bonitas vel malitia ministri. qz siue
sit bonus siue malus pferet vt dictum est verus baptismi. Di
cendum est ergo qz aut sacerdos baptizat in casu necessitatis si
ne solennitate. sicut faceret una vetula. et tunc aliqua no peccat

Tracta. ii .prime partis

mortaliter si baptizat existens in peccato mortali. Aut bap-
tisat extra casum necessitatis et cum solennitate et tunc peccat
mortaliter si baptizat existens in peccato mortali. quod facit irre-
verentiam sacramento. Verum est quod dominus Durandus
quondam eps auicensis. et postea eps Podoensis in fran-
cia. et magister in theologia celeberrimus. et insuper ordinis
predicatorum. qui fuit doctor sacri palach dicit in quarto suo
sacramentali. quod quoniam docunq sacerdos existens in pecca-
to mortali baptizet peccat mortaliter. utrum eius opinio sit
vera nescio: tamen scio bene quod est dura. **T**Sciendum est quod
minister baptismi debet esse unus. Et ratio assignatur com-
muniter a doctoribus. quia baptizans baptizat in persona chri-
sti qui est una persona. Et idcirco persona baptizans debet es-
se una. unde plures non possunt baptizare unum. Et si dica-
tur quod unus possit baptizare plures dicendo. Ego baptizo vos
in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. Ergo a simili
plures possent baptizare unum dicendo. Nos baptizamus
te in nomine patris et filii et spiritus sancti. Dicendum quod non est simile.
quia cum dicitur baptizo vos idem est ac si diceretur
baptizo te et te. quando autem dicimus. nos baptizamus te.
idem est ac si diceretur. ego et tu baptizamus. quia differetia
est inter nos et vos. quia nos idem est quod ego et tu. vos autem
idem est quod te et te. Ideo dicendo vos nihil mutatur in forma
sed dicendo nos mutatur aliquid in forma. **T**olet autem
ab aliquibus ponit talis casus. ponatur quod hinc sint duo. quorum
unus sit mutus et alius sit mancus. et sit ibi unus puer bapti-
zandus et mutus asperget eum aqua et mancus proferat ver-
ba. queritur utrum talis puer sit baptizatus. Dicendum est
quod aut isti baptizant in forma grecorum aut baptizant in forma
latinorum. Si baptizant in forma grecorum: tunc dicunt ali-
qui doctores quod talis puer non est baptizatus: quia resupra
dictum est baptizans in quaenam formam baptizet baptizat in
persona christi. ut dicit beatus Ioannes baptista dicens de
christo. Qui me misit baptizare dixit mihi. super quem vide-
ris spiritum descendenter hic est qui baptizat. persona ante
christi est una. Unde Anathasius. Non duo tamen sed unus

De baptismo

est christus. quare oportet q̄ ille qui baptizat sit unus in qua cunctis forma baptizet. Alij aut̄ doctores sicut Joannes ~~Scotus~~ et suis sequaces dicunt q̄ si baptizent in forma grecorum q̄ est vere baptizatus. quia ut dicunt. licet ille qui baptizat baptizet in persona christi cuius est una persona. baptizat tamen in nomine trinitatis in qua sunt personae plures. et sic non contrariatur baptismo in formam grecorum si sunt plures baptizantes. **D**ue istarum opinionum sit verior nescio. sed meo iudicio papa est consulendus super hoc. ad quem maiores questiones potissimum circa articulos fidei contingentes sunt referende. extra de bap. et eius effect. ca. maiores. **S**icut autem baptizant in forma latinorum dicunt communiter quasi omnes doctores q̄ non baptizant propter rationem supra dictas de differentia de nos et vos. que est ratio venerabilis doctoris sancti Thome de aquino in ultima parte summe. **A**ssignat ratio talis a magistro Hernio britone. quia in sacramento matrice veritatis nil debet esse falsitatis. sed baptismus est sacramentum maxime veritatis. ergo in baptismo nil debet esse falsitatis. **S**ed si isti vterentur forma latinorum qua vtitur Romana ecclesia et sibi adherentes. esset in tali baptismo falsitas. quia mancus dicendo. ego baptizo te. i. abluo te in nomine patris et ipse mentiretur. quia ipse non baptizat. i. non abluit. immo hoc facit mutus. quare manifestum est q̄ talis baptismus est nullus. **H**anc autem rationem conantur soluere aliqui doctores dicentes. q̄ si ille mancus non dicere egobaptizo. sed diceret nos baptizamus te: et si non dicere falso immo verum. quia ista oratio. nos baptizamus te vera est per synodochē. **S**icut si essent duo scriptores qui scripissent unum librum. ita q̄ unus ipsorum scripsisset medietatem et aliud aliam medietatem. unus eorum posset vere dicere nos scripsimus istum librum. **A**simili cum mutus in baptismo tali asperget sive infundat aquam. et mancus proferat verba. vterque potest vere dicere. nos baptizamus te. **N**oc autem nihil valet. quia ad hoc q̄ aliqua propositio verificetur per synodochen. de duabus oportet. q̄ ambo fecerint ac cum eiusdem rationis. quis si fecissent diversarum tationum

Tracta. ii. prime partis

vna propositio non potest verificari de his. sicut si vnu ra/
sisset pergamenum de quo scriptus est liber. et alius scripsisset
librum. ista propositio. nos scripsimus libru istum. nullo mo/
potest verificari. Sic est de istis dicendo. Nos baptizamus
te. qd infundere aquam et proferre verba sunt actus diversa/
rum rationum. ideo nullo modo de eis potest dicta ppositio
verificari. Et hec sufficient de ministro baptisimi.

Baptismū debent suscipe tā vir qd mulieres. omēs. qd
sine baptismō v'l in re vel in voto vt dictu est supra
nullus potest saluari. Sed aliter est de adultis et ali/
ter de parvulis. quia in adulto qui recipit baptismū requiri
tur intentio propria suscipiendi illius qd cōfert ecclesia qd ne
mo ex aqua et spūlāntio renascitur. nisi volens saltē in adul/
tis. et sue voluntatis arbitris. in ea. Omnis. de con. dist. iiiij.
In parvulo sufficit fides et intentio eorum qui enim offerunt
ad baptismū. Sed nūquid potest aliquis in ventre matris
baptizari sicut sit vna mulier pregnans de uno pucro. et par/
turiendo sit in periculo mortis. nunquid in ventre eius dū pu/
er baptizari. Dicendū qd non. Quās ratio assignatur a do/
ctoribus talis. quia ille qui suscipit baptismū debet suscipi
a manibꝫ ministri ecclesie et spargi aqua vel uninergi in aquā
sed ista non possunt fieri circa existētē in utero matris. quare
existētē in utero matris non potest nec debet baptizari. vide
supra. c. qm̄ in maternis. in principio de con. dist. iiiij. vbi dū
qd ille qui fm̄ Adam adhuc natus non est fm̄ christum rege/
nerari non potest. Et in. c. si quicquid est in hoie. Sed ponat
qd aliqua pars pueri appareat extra. nūquid talis pueri time/
atur de pūculo ita qd nō possit expectari qd totaliter nascat pōt
baptizari. Dicendū qd illa pars que apparet extra aut est ca/
put aut alia pars corporis. si illa pars que apparet sit caput. tūc
caput debet aspergiaqua dicendo. Baptizo te in nomine patris
et filii et spūlānti. amen. et est vere baptizatus. et si nascat po/
stea nō debet amplius baptizari. Et rō est. qd caput est prin/
cipalis pars corporis. et in eo viget omnes sensus corporis. Si
aut illa ps que apparet est alia ps qd caput. sic manus vel pes

De baptismo.

tunc dicunt aliqui doctores qd illa pars debet aspergi aqua et
baptizari. et est vere baptizatus. nec si nascatur postea amplius
debet baptizari. Et ratio est. qd baptismus fit ppter animam
non ppter corpus. Anima autem quantum ad essentiam suam est to-
ta in toto. et tota in qualibet pte corporis. et ideo quecumque pars cor-
poris baptizata fuerit totus est baptizatus. Alij autem dicunt qd ta-
lis pars debet aspergi aqua et baptizari. sed si puer nascatur postea
debet baptizari sub ista forma. Si tu es baptizatus ego teno
baptizo. sed si tu non es baptizatus ego te baptizo in nomine
patris et filii et sp̄i sancti. amen. Quis istorum verius dicat ne-
scio. sed tamen credo qd istud ultimum sit securius. Sed num-
quid si aliquis sit sanctificatus in utero matris debet baptiza-
ri. Dicendum est qd sic. non quidem ppter culpam quam habe-
ret. sed ut ascriberetur in numero fidelium in susceptione cara-
ceris baptismalis. et ut impleretur preceptum christi de suscepti-
one baptismi. Sed nunquid filii iudeorum parvuli sunt ba-
ptizandi in iuris parentibus. Dicendum qd aliqui doctores sic
Iohannes Scotus et dominus Durandus episcopus auici-
ensis et sui sequaces dicunt qd sic. Dicunt enim qd principes et
domini terrarum in quibus habitat iudei possunt eis auferre
refilios suos. et eis in iuris facere eos baptizari cuius iudei sint
conserui. et finis leges filii seruorum sunt res dominorum quo-
rum sunt serui. ita qd domini possunt eos vendere vel impig-
norare. Arguunt igitur sic. Natus est aliquem posse obliga-
re vel addicare seruitutem alicuius domini temporalis qd ser-
vium dei cui omnis homo de iure naturali tenetur seruire.
sed domini terrarum in quibus habitant iudei vendere pos-
sunt filios iudeorum et tradere eos alteri domino in iuris pa-
rentibus. ergo possunt eos parentibus in iuris tradere serui-
tutem christi. quod fit p susceptionem baptismi. Alij vero do-
ctores sicut beatus Thomas de aquino et sui sequaces. dicunt
qd filii iudeorum parvuli non sunt in iuris parentibus baptiza-
di. et hoc ppter periculum qd possit contingere. qd quoniam isti parvuli
qui in iuris parentibus essent baptizati essent adulti cum p-
tenebant naturaliter sequatur patrem. ipse forte abnegaret baptismum
et redirent ad iudicium. verisimile enim est qd si iudeorū filii

Tracta. ii. prime partis

parvuli essent iniustis parentibus baptizandi. christianissimi
reges et imperatores qui precesserunt et fuerunt tanti zelato-
res fidei iudeorum filios fecissent baptizari. et etiam summi
Pontifices inducerent reges et principes in quorum terrenis ha-
bitantibus inde ad hoc faciendum. **Q**uis istorum verius dicat le-
ctoris iudicio relinquo. Sed nunquid furiosi et amentes de-
bet baptizari. **D**icendum est quod isti furiosi aut fuerunt a natu-
ritate ita quod nunquam habuerunt usum rationis. aut habuerunt
aliquotiens usum rationis. sed amiserunt propter aliquam cau-
sam. **S**i fuerunt furiosi a naturitate non sunt baptizandi. quia
ut dictum est in adulto qui debet baptizari requiritur fides et
intentionis suscipiendi illud quod confert ecclesia. sed tales non
possunt habere fidem nec intentionem cum supponatur eos
nunquam habuisse usum rationis. ergo tales non possunt susci-
pere baptismum. **S**i autem non fuerunt furiosi a naturitate
sed habuerunt aliquotiens usum rationis vel habent aliquo-
tiens lucida interualla. et tunc si in tempore quo habebant usum
rationis. vel tempore quo habebant lucida interualla habu-
erunt fidem et devotionem ad baptismum. et petierunt ipsum
debent baptizari si necessitas sit quamquam sint in furia. **S**i autem
tempore quo habebant usum rationis. vel tempore quo ha-
bebant lucida interualla non habebant fidem et devotionem
ad baptismum nec petebant ipsum non debent baptizari. **E**t
idem dico de demoniacis. quia si antequam essent demoniaci ha-
bebant fidem et devotionem ad baptismum et petebant ipsum
Debent baptizari. si autem non habebant non debent bap-
tizari. **S**imile iudicium est de freneticis. **T**rum autem ali-
quis dormiens debet baptizari. **D**icendum est quod si posset ex-
citari non debet baptizari in somno. sed si non posset excitari
distinguendum est prout supra: quia aut tempore vigilie ha-
buit devotionem ad baptismum et petebat ipsum. et tunc debet
baptizari. aut non habuit fidem et devotionem ad baptismum
et tunc non debet baptizari dormiens. **S**ed quid si sit unum
monstrum quod habeat duo corpora coniuncta debet ne ba-
ptizari ut una persona vel ut due. **D**ico quod cum baptismus fi-
at propter animam et non propter corpus quantumcumque es-

De baptismo

sent duo corpora si solum esset una anima debet baptizari ut una persona. Sed si essent due anime debet baptizari ut due persone. Sed quomodo sciatur verum sit una anima vel due. Dico quod si sint duo corpora sunt due anime: sed si est unus corpus est una anima. Et ideo si sint duo pectora et duo capita supponendum est esse duas animas. Si autem esset unum pectus et unum caput quantumcumque alia membra essent duplicitata erit una anima.

De ritu baptismi Caplin. vi.

Baptismus fit duobus modis. Uno modo immergitur in aquam. Alio modo aspergendo aquam. Unus autem sit melior modus. Dicendum quod si non timetur de periculo vel propter debilitatem baptizantis vel pueri vel aliquid aliud. melius sit immergendo in aqua quam aspergendo. Quis ratio assignatur. quia baptismus significat sepulturam christi. Unde dicit apostolus. Concepulti estis Christo per baptismum. sed melius figuratur sepultura quando fit immergendo quam quando fit aspergendo. ergo melius fit immergendo quam aspergendo. Scinditur est quod unusquisque debet servare ritum ecclesie sue nec debet ipsum mutare. Utrum autem requiratur tria immersione vel sufficiat una. Dicendum quod sufficit una. in. ca. propter de con. dist. iij. sed ceteris partibus melius fit per tria in ea postquam dist. iij. et glo. quia baptismus datur in nomine trinitatis. que trinitas melius representatur per trinam immersionem vel aspersionem quam per unam ita tamen quod verba non finiantur ante quam omnes tres immersions sunt complete. In hoc autem quod fiat una vel tria qui liber debet servare ritum ecclesie sue: ut dictum est supra de alio.

De effectu baptismi Caplin. viii.

Effectus principalis baptismi est delere omnem culpam tam originalem quam actualem et conferre gratias et aperte ianuam regni celestis. in quo differt a circufo. quia licet ante passionem Christi circumcisio deleret culpam originalem et conferret gratiam. tamen ianuam regni celestis agere non poterat. Et ista est sententia Vede quod dicitur in

Tract. ii. prime partis

omelia sua de circumcisione domini. *i.* Scire debet fraternitas vestra quod idem salutifere curationis remedium olim circumcisio in lege contra originale peccati vulnus agebat. quod nunc tamen reuelate gratie baptisimus agere consueuit. excepto quod ianuam regni dei celestis aperire non poterat. *S*ciendum autem quod baptisimus aliter operatur in pueris et aliter in adultis. quod in pueris nihil requiritur a parte ipsorum. *S*ed in adultis requiritur a parte eorum quod non ponant obicem. *i.* quod non habeat præriam dispositionem. *i.* quod non accedat flete ad baptismum. sed accedant cum debita deuotio. *N*on solum autem baptisimus perfert gratiam. immo omnibus suscipientibus ipsum tam pueris quam adultis quod non ponunt obice perfert omnes virtutes tam theologicas quam morales. *E*t si non quantum ad usum ad minus quam ad habendum. *E*t ista est sententia generalis: et habetur in institutionibus domini Clementis quinti. extra de summa trinitate et de fide catholica: fidei catholice. *E*st autem et aliis effectus baptismi quod per ipsum contrahitur cognitio spiritualis que impedit matrimonium prærabendum et dirimit iam contractum. de hoc tamen dicere infra quod dicere de matrimonio. *P*er baptismum ipsum etiam character ut dictum est supra. et ideo baptisimus non debet iterari. immo pena illius qui iteraret secundum leges est decapitatio. *L*e sanctum baptisma iteret. *i. h.* *S*ed in vero canones. est quod non possit promoueri ad sacros ordines.

Baptismum autem quod fit cum debita solennitate procedunt catholicismus et exorcismus. *E*t est cathecismus id est quod instructio. quod in cathecismo instruit baptismandus de fide et merito fidei. *U*nde baptizando petit sacerdos. quid petis ab ecclesia. *E*t ipse si est adultus respondet fidem. *S*i autem sit parvulus alij respondent in persona eius. videlicet patrini. et tunc sacerdos querit. fides quid tibi prestabit. et ille respondet vitam eternam. *E*t tunc dicit sacerdos. *H*ec est vita eterna tecum. *E*t in isto cathecismo facit tria sacerdos baptizandum. *P*rimo mitit digitos in aures eius et ponit de salina in ore eius et feciat quod baptismandus debet aures aptas ad audiendum habens deum. et documenta fidei. *P*ositiō salina in ore eius significat quod de

De baptismo

bet esse promptus ad respondendum et ad loquendum de se,
de quia locutio sit mediante saluia. Secundo facit sibi crucem
in fronte et in pectore. et significat quod baptizandus debet
habere et recipere fidem Christi in corde. quod significat crucis
facta in pectore; et in ore confiteri fidem Christi. Nec debet eru-
bescere fidem Christi quod significat crux facta in fronte. quod in
fronte statum apparere verecudia. quod secundum quod dicit apostolus Rom. x.
Lordem credere ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem. Ter-
tio ponit ei sal in ore. quod significat sapientiam. iuxta doctrinam
apostoli ad Cor. viiiij. Huius sermo eius debet esse sale sapientie divine
conditus. Exorcismus idem est quod adiuratio. quod adiuratur demon
recessare de anima baptizandi. ut det locum spiritui sancto aduenienti.
Et facit tria sacerdos baptizando. quod primo facit ei crucem
in fronte cum pollice. et hoc masculo et feminine dicendo. Christus
victor. Christus regnat. et ceterum. Et significat quod baptizandus significat ut
sit templum dei sive habitaculum spiritus sancti. Secundo facit ei cru-
cem despupo ad aures et ad nares et ad os dicendo. Effeta
quod est aperire. et significat quod baptizandus debet habere au-
res cordis clausas ne audiatur suggestiones diaboli. et debet
habere os clausum ne loquatur mala verba. et debet sic vivere
ut sit secundum doctrinam apostoli bonus odor Christi in vita sua. vel
istud significat quod talis debet emittere sumum deuote oratio-
nis per quam effugatur demon. Juxta verbum Raphaelis in Tho-
bia. viiiij. c. Sumus eius effugiat omne genus demoniorum. Et
ista fuit cum sputo. id est virtute Christi. que significat per sputum
secundum quod dicit gloriosus super illo verbo Ioh. ix. Lutum fecit ex sputo
et linuit oculos meos. Nam sicut sputum emititur ab interioribus
cordis. ita filius dei gignitur ex substantia patris. Tercio
facit ei crucem de oleo exorcizato in spatulis et in pectore
et significat quod baptizandus debet esse fortis ad luctandum
contra diabolum. et ad portandum onera penitentie. et ista fiunt
mediante oleo divine gratiae. Post baptismum autem sacerdos
facit tria baptizato. Primo unguit eum crismate. et fecit virtutes
gratiae spiritus sancti quam sumpsit in baptismo. Secundo tra-
dit ei vestem albam. et significat innocentiam baptismalem.
Tertio tradit ei cereum incensum. et significat lumine fidei quod

Tract. iii. primitve partis

datur in baptismo. Sciendum autem quod ista non sunt de esse tia baptismi, quia sine ipsis bene potest dari baptismus in casu necessitatis. Sed in talibus si baptizatus superuixerit debet portari ad ecclesiam. et ibidem cathecizari et exorcizari propter ritum ecclesie seruandum. Non autem debet baptizari iterum si sit certum quod sit recte baptizatus. si autem non sit certum debet baptizari sub ista forma. Si tu es baptizatus ego non te rebaptizo. sed si tu non es baptizatus ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. amen. Et bec sufficiat breuiter de baptismo.

Tractatus tertius prime partis de confirmatione. Et habet septem capitula.

Via spiritualez genera-
tionem sequitur augmentum spirituale. id post
quam de spirituali generatio (que fit in baptismo)
dictum est. restat dicere de spirituali augmentatione
quod fit in confirmatione. Circa quam consideranda sunt septem
principia quid est confirmatio. Secundo de materia confirmationis.
Tercio de eius forma. Quarto de eius ministro. Quinto de
suscipientibus confirmationem. Sexto de eius ritu. Septimo de eius effectu.

A **T** Quid est Confirmatio. Capl'm.i.
Confirmatio potest sic definiri. Confirmatio est con-
signatio facta cum crismate in fronte baptizati ab epi-
scopo. cum certa forma verborum ad audacter consi-
tendum nomen Christi.

M **T** De materia confirmationis. Cap. ii.
Materia sacramenti confirmationis ut potest patere
ex dicta definitione est crisma. in quo crismata sunt
duo siccionez oliuaz et balsam. Et rō quare ista duo
sunt materia huius sacramenti est institutio christi qui insti-
tuit ista duo esse materiam huius sacramenti. licet enim non inuenias
in euangelij quod christus istud sacramentum instituerit. tamen bea-
tus Petrus qui fuit vicarius christi et pastor et rector vniuers-